tum meorum neque uindictam ſumas
de peccatis meis qui a erunt (?) iſ ſuſti-
nentes te domine. V. Omnia
iudicia tua iuſta ſunt et omnes uie
tue miſericordia et ueritas et nunc domine
memento mei. Quia erexiſti. L. ii.

Cum eſſet iunior omnibus in tri
bu neptalym: nichil tamen
puerile geſſit in opere. Denique
cum irent omnes ad uitulos au
reos quos ieroboam fecerat rex
iſrael. hic ſolus fugiebat con
ſortia omnium. et pergebat ad
ierusalem ad templum domini. et
ibi orabat dominum deum iſrael.
omnia primitiua ſua. et de
cimas ſuas fideliter offerens.
ita ut in tercio anno proſeli
tis et aduenis miniſtraret
omnem decimationem. R. Omni
tempore benedic deum et pete ab eo
ut uias tuas dirigat et omni tem
pore conſilia tua in ipſo per
maneant. Memor eſto fili quoniam
pauperem uitam gerimus habebis
multa bona ſi timueris deum [illegible] omni

Hec et his ſimilia L. iii.

obſeruabat. Cum uero factus fuiſ
ſet uir: accepit uxorem annam
de tribu ſua: genuitque ex ea
filium. nomen ſuum imponens ei.
quem ab infancia ſua timere
deum docuit. et abſtinere ab
omni peccato. Igitur cum per captiui
tatem deueniſſet cum uxore ſua
et filio in ciuitate niniue cum
omni tribu ſua. et omnes ederent
ex cibis gentilium: iſte cuſtodi
uit animam ſuam. et numquam con
taminatus eſt in eſcis eorum.
R. Memor eſto fili quoniam pau
perem uitam gerimus habebis mul
ta bona ſi timueris deum.
Fiducia magna erit coram ſummo
deo elemoſina omnibus qui fa ciunt
eam. Habebis. L. iiii.

Et quoniam
memor fuit domini in toto corde
ſuo: dedit illi deus graciam in con
ſpectu ſalmanaſſar regis. et
dedit ei poteſtatem quocumque
uellet ire. habens liber[...]tem
quecumque facere uolu[i]ſſet. Pergebat enim per omnes qui [...]
captiuitate. et monit[a] [...]